



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Hæresiarchæ in Sæculo II. dissoni Papis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

III. *Gratiam Dei, iustificationis, & fidei* rationem ostendit *Clemens* Strom. l. 1. 3. 4. in *Pædagogico*, ac cæteri meritum *Christi* extollentes in *Apologijs*.

IV. *Opera ad salutem necessaria* docet *Clemens* l. 5. 6. Strom. *Theophylus* lib. 2. ad *Autolyicum* *Necessitatem pœnitentiæ* docet *Clemens* lib. 2. Strom. & in *Parænetico*.

V. *B. V. Mariam esse Aduocatam* asserit *Irenæus* lib. 5.

VI. *Sanctorum inuocationem* admittit *Iustinus* q. 28. & in *secunda Apologia*.

VII. *Signum Crucis* docet *Iustinus* contra *Tryphonem* q. 118.

VIII. *Veritatem Eucharistiæ, & Transubstantiationem* asserit *Iustinus* in 2. *Apolog.* *Clemens* 2. Strom. *Iren.* l. 4. c. 34.

IX. *Baptismum, Christum, & Cereemonias* docet *Iustinus* q. 136. *Irenæus* l. 1. c. 18.

X. *Prinatum Pontificum Rom.* testatur *Irenæus* l. 5. Et *Concilium Palæstinum* apud *Euseb.* l. 5.

XI. *Aquam lustralem* *Alexander I.* *Quadragesimam, delectumque ciborum* *Telphorus* Papa.

Porro in *Varijs* infra plura. Nunc pauca hæc suffecerint in exemplum: sic enim ire per plura licet.

## Hæresiarchæ in Sæculo II. diffoni Papis.

*GNOSTICI* anno 120. nefandissimi à *Prodico* & *Carpocrate* prognati orbem & auram hanc incesarunt. Sementiuam eorum fudit *MENANDER*, *Simonis Magi* germen; ex quo *Saturninus* *Antiochenus* in *Syria*, & *Basilides* *Ale-*

*xandrinus* in *Ægypto*, prodierunt.

*BASILIDES* finxit (post 24. libros in *Euangelistas* scriptos) prophetias nouas *Barrabæ*, & *Barcoph*: *Angelorum* nomina noua: Hos condidisse *Cœlũ*, & hoc alios: *Idolothyta* comedere in persecutione, fidem eiurare, esse indifferentia: *Christum* se in *Cyrenæum* vertisse, illuisse *Iudæis*; non passum *Christum*, sed istum; proinde non liberatos nos à *crucifixo*, sed à *Christo*. Corpori non promissam salutem. *Pœccata* dicitur solum inuoluntaria, & ignorantia: cetera non: *Fidem* esse naturalem: In homine exercitum inesse *Spirituũ*, passum; his uti naturalibus, non repugnandum; licitasque libidines. *Realitatem* *Eucharistiæ* negauit; quod è *Virgine*, *Carnem* assumpsisset falsam *Christum*.

*SATURNINVS* finxit, *Deum* sic esse Creatorem, ut *Angeli* tamen *V. Heretici* mundum. *Deum* *Iudæorum* esse unum ex *Angelis* rebellibus; contra quod *Christus* sit missus homo puritatis. Ab angelis creatos homines bonos ac malos; & hæc dæmoni prodendis missum *Christum*: *Nubere*, generare à *Satana* esse; *Abstinendum* ab animatis: *Prophetias* alias ab *Angelis*, ab *dæmonibus* alias promanasse.

8. *CARPOCRAS* eodem exitu tempore, *ADAMITARVM* & *Gnostico*ri parens, magusque finxit delicta esse præcepta, *Libidinibus* exhaustis omnibus tum demum supra *Angelos* fore homines euehendos; *yxotes* esse communes oportere; *prolificationem* caueri; forte conceptum, natumque in mortario cõtundeat cum melle, pipere, vnguentis litabant *Deo*; hocque *Pascha* suum dicebant:



ce an: Signo sese isto noscitant, cum datis dextris in vota confictum trillationis faciebant: post epulas dicebant: *Iuge, fac caritatem*, commisti, manibus spermare perlitis ac eleuatis aiebant. *Hoc corpus Christi est & Pascha*. Exerabantur ieiunia: Nudi degebant in ecclesijs, quas paradisos vocabant. &c.

GNOSTICIS hinc iunxerunt sese Simoniani, Nicolaitæ, Cerdonitæ, Valentiniiani.

Istorum scelera Christianis affinxerunt Iudæi & Ethnici. Notam habebat auriculæ dexteræ pertusionem. Imagines quoque colebant, sed cultu latriæ damnato.

9. VALENTINVS Ægyptius Pœta, spe lapsus Episcopatus ambitu in Cypro, hæresin excogitat anno 145. Finxit Æonas 30, è quib. Saluator natus velut Pandorus esset: carnem tamen è cœlo, non ex Virgine trahens: Finxit tria esse genera hominum, Carnale, Animale, Spiritale; quale suos assererat: ideoque suis haud necessarias operationes; sed Psychicis opus ieiunij, martyrijs. &c. Vnde frequentabant cum ethnicis ethnica, Christiana cum Christianis. In homine vnum esse spiritum iustificantem; iniquum multiplicem: Se Catholicos & simplices vocabant: Sua mysteria quia Romæ occulte peragebant; sua Christiani celebrare instituerunt palam etiam cum luminibus. Valentinus: Euangelium de infantia Christi. Traditione potissimum conuinci poterant, sed non suaderi.

OPHITÆ, ex istis orti, serpentem, vt Dei sapientiam, colebant; vt etiã Christo anteferant eundem, alebant opipa-

re; in ai am euocatus, vt spirâ oblationem amplexus abijler; ipsi velut de benedicta Eucharistia communicabant: Quin Christum ipsum in serpentem esse mutatum fingeant.

CAIANI item ex Valentiniianis progressi, malum dicebant bonum; saluandosque oportere per omnia ire scelera: Sodomitas, Core, Iudam. &c. idcirco sanctos esse, & ex Magna Virtute prognatos: Bonorum vero oppressores esse Angelos.

12. Item SETHIANI fingeant ex Seth natum Christum loco Abelis. Ferax monstrorum sæculum!

13. ARCHONTICI anno 175, Valentini genimina, negabant Sacramenta; quod corporalia non possint, nec esse debeant inuisibilia signa: Deum Sabaoth in cœlo tyrannidem exercere; genuisseque Euam, & Caynum.

14. MARCVS magus, anno 175. se Valentini emendatorem simulabat: Calicem vini per incantationem rubere faciebat, dicens ex sese in eum stillare gratiam. Suis per magiam incantabat Spiritum quasi propheticum, vt diuina fari viderentur enthusiastæ; seq; omnem scientiæ magnitudinem accepisse gloriarentur.

15. DOCITÆ ex supradictis orti, qui hoc vnum potissimum Docere se profitebantur, (*sub annum 191.*) Christum apparenter, non vere incarnatum fuisse; & quæ ex hoc absurdo cætera consequantur.

Illos S. Serapion Episcopus Antiochenus refutauit libro *Euangelium Petri dicto*, scripto contra Apocryphum Pe-



tri Euangelium, ex quo suum Docitæ commentum docebant.

16. HELGESAITÆ *an.* 103. ab Elxai Iudæo exorti, duas fœminas vt Deas adorant. Vide *an.* 349.

17. CERDON fingit duo Principia Deos duos, Bonum superiorem: sæuū, Creatorem. Legem & Prophetas repudiabat, Deumque Creatorem, A Superiore Christum esse; sed phanasticum, quasi natum, passum, animam resurrectionem solam, non corpus; Euangelium Lucæ solum, nec totum recipiebat. Cœpit *an.* 146.

18. MARCION Ponticus Stoicus, *an.* 146. Cerdonis discipulus, ob stuprum eiectus ex Ecclesia, à Synope Episcopo, genitore suo optimo, confugit ad Cerdonem. Cum nec Romæ deinde recipere tur, ait; *Findam Ecclesiam vestram in æternum.* Spreuit Vetus Test. totum; Nouum mutilauit, Christi carnem abnegans; quo veraciorem sese iactabat. Absurdissima plura vide apud Baronium & Bzou. *an.* 146. Fœminas præcipue adiutrices habuere plerique hæretici. Percunctanti Marcioni, Nostime? respondit S. Polycarpus; *Noui se primogenitum diaboli.*

19. APPELLIS similia portenta dogmatum ibidem. Tantas inter procellas cursum tenuit clauumque Ecclesia inoffensum. Prædicti Romæ *an.* 155. simulabant, maiestate percussī, vt alibi ceu Catholici acciperentur.

20. MONTANVS Phryx, *an.* 173. vixidum Sacris initiatus Christianis in hæresiarchā Asiæ erūpit. Romæ tamē alia omnia simulans *Communicatorias* elicit, quibus fretus hæreses, vt Romanæ

conformes Ecclesiæ disseminauit, sed monitus Pontifex reuocauit literas. Idē cum Priscilla & Maximilla arrepti ab Satana, prophetando quæstum faciebant. Damnatur ab Asiæ Episcopis, sui impulsu spiritus laqueos vitam abrupunt: præcipitio Theodotus.

Montani dogmata erant; *se esse periclitum; Trinitatis vnā esse personam; nuptias secundas damnabiles: tres esse Quædam simas voluit: Prophetas se ipsos non intellexisse vt enthusiasts: Martyrium in persecutione non fugiendum. Consiſteri, vt iusti, Montani stæ erubuerunt.* Ex infante sanguinem elicium sacrificabant in Paschate, &c.

21. TATIANVS sub S. Iustini magisterio speciem pietatis prætulit; sed de sublaro magisterium inter condiscipulos affectans, *an.* 174. Romæque dignitatus fit hæresiarcha, depositā simulati Catholici laruā: & in Valentini lapsus dogma profecit in peius, amplexus Marcionis & Saturnini continentiam, & detestans nuptias.

22. Inde hæresis ENCRATITARVM, id est, *Continentium*; qui eo superarunt magistrum, vt & sacrificium aqua mescuerint; Vnde AQUARIJ dicti: & ipsi Continentes; sed per antiphrasin vitæque.

23. MONARCHICI *an.* 196. orti Romæ, simul extincti docebant vnā tantum Deitatis Personam esse. Orti sunt à Praxea fingente Patrem esse Christum; sibi que sederi ipsi ad dextram.

24. THEODOTVS finxit, Christum esse inferiorem Melchisedecho; quod secundum ordinem huius esset Sacerdos *an.* 196.